



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1764**

**VD18 90118049**

§. 49. Episcopus Marocensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

Sæcul. XIII. A. C. 1246. *situs introducta profanorum hominum multitudine tantum monachis metum incussit, ut in Episcopum eligeretur. Etiam Archiepiscopum Lundanum Metropolitanum suum per minas adegit, ut electionem haberet rotam, & ipsum consecraret, quamvis concubinam manifestum, & contra Canones per potentiam profanam electum sciret. Hic Episcopus retinet concubinam suam, & quia plurium aliorum quoque criminum reus est, non audet reprehendere diœcesanos suos: e contrario hi nec concionibus nec sacris epi interesse volunt. Præcipimus ergo, ut ad eas illa loca, solícite, an malum tam grave sit, quam dicitur, indages, & per epistolas tuas nos edoceas. Hæc in Episcopos potestas simplici Fratri Minori facta attemptam meretur considerationem.*

## §. XLIX.

*Episcopus Marocensis.*

*Sup. Lib.*  
*LXXX.*  
*§. 63.*  
*Vading.*  
*an. 1246.*  
*n. 9. 10. &c.*

*V*acabat Ecclesia Marocensis per obitum Fratris Agnelli ejusdem Ordinis, quem Papa Gregorius IX. illius Episcopum an. 1237 consecraverat. Papa Innocentius in ejus locum suffecit alium Fratrem Minorem Lopesium Ferdinandum Dainum, quem Diœcesanis commendavit per litteras Lugduni datas ultimo Octobris 1246. Scripsit simul in ejus gratiam Regi Marocensi, quem laudat

dat tanquam defenforem Christianorum Sæcul. XIII. A.C. 1246.  
 fuæ ditionis, & ad veram religionem tra-  
 ductum cupit. Misit etiam litteras Re-  
 gibus Tunetano, Septano, & Bugiensi,  
 omnibus Christianis Hispaniæ maritimæ,  
 ejusdem Episcopis, Bajonensique ac Mas-  
 siliensi, Archiepiscopis Narbonensi & Ge-  
 nuensi, Regi Arragoniæ, Magistro Ordini  
 S. Jacobi; cunctis denique Christianis  
 in Africa agentibus.

Verum post aliquot annos Episcopus  
 Marocensis Lugdunum delatus ad Pa-  
 pam, *Orafi Regem*, inquebat, *ut Christianos*  
*sibi subditos, præsertim illos, qui sub i-*  
*psius signis militarent, munitis in locis ab*  
*inimicorum ferocia tutos redderet: sed non*  
*te audiit.* Tum Papa Regi Marocensi Rayn. 1251. n. 29.  
 scripsit, easdem iterans preces, ac mini-  
 tans, se, nisi satis ille faceret, revocaturum  
 ab ejus servitio Christianos in ejusdem  
 terris versantes, ac, ne alii eo veniant,  
 inhibiturum. Dabat epistolam 16  
 Martii 1252. Quod vero jus habebat  
 Papa idjubendi Christianos, quorum non  
 erat Dominus temporalis?

§. L.

*Novæ pensiones Anglis impositæ.*

Papa Innocentius IV. edoctus, Angliæ Matth. Par. p. 624.  
 Regem exactionibus suis obsistere,  
 stimulante ira gravissima Regnum inter-  
 dicto